

ter Perdicæ et Philippi, cum his duobus pueris, Amyntâ mortuo, ad Iphicratem confugit, ejusque opibus defensa est. Vixit ad senectutem, placatis¹ in se suorum civium animis. Causam capitis semel dixit, bello sociali², simul cum Timotheo; eoque judicio est absolutus. Menesthea filium reliquit ex Thressâ³ natum, Coti⁴ regis filiâ. Is quum interrogaretur, utrum pluris patrem, matremne faceret: « Matrem, » inquit. Id quum omnibus mirum videretur, at ille: « Meritò, inquit, facio; nam pater, » quantum in se fuit, Thracem me genuit⁵; contra⁶ » mater, Atheniensem⁷. »

¹ *Placatis*. Porque una vez le quitaron el empleo.

² *Bello sociali*. En tiempo de la guerra que hicieron á los Atenienses sus enemigos confederados.

³ *Thressâ*. Nacida en la Tracia.

⁴ *Coti*. Rey de Tracia. Otros leen *Cotyis*.

⁵ *Thracem me genuit*. Porque se caso con mujer nacida en la Tracia.

⁶ *Contra*. Por el contrario.

⁷ *Mater, Atheniensem*. Porque se casó con un ateniense.



XII.

CABRIAS,

ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Chabrias inventa un nuevo modo de pelear. (Año 4 de la olimpiada crv, 577 antes de J. C.)

Chabrias, Atheniensis. Hic quoquè in summis habitus est ducibus, resque multas memoriâ dignas gessit. Sed ex his elucet maximè inventum¹ ejus in prælio quod apud Thebas² fecit, quum Bœotiis subsidio venisset. Namque in eâ victoriâ fidente summo duce Agesilao³, fugatis jam ab eo conductitiis catervis⁴ reliquam phalangem loco vetuit cedere⁵;

¹ *Inventum*. Estratagema.

² *Thebas*. Capital de la Beocia.

³ *Agesilao*. Teniendo ya por suya la victoria el gran general Agesilao.

⁴ *Conductitiis catervis*. La tropa que habian tomado á su sueldo los Beocios.

⁵ *Reliquam phalangem loco vetuit cedere*. Mandó á lo restante de la infantería que mantuviese el puesto que ocupaba. *Phalanx* entre los Macedonios era un cuerpo de ocho mil hombres. Pero entre los demás griegos no tenia número fijo, y era un tercio ó cuerpo de infantería que en batalla guardaba una formacion tan cerrada, que las armas de los unos estaban trabadas con las de los otros.

obnixoque genu scuto¹, projectaque hastâ, impetum² excipere hostium docuit. Id novum Agesilaus intuens, progredi non est ausus, suosque jam incurrentes tubâ revocavit³. Hoc usque eò in Græciâ famâ celebratum est, ut illo statu⁴ Chabrias sibi statuam fieri voluerit, quæ publicè ei ab Atheniensibus in foro constituta est. Ex quo factum est ut postea athletæ ceterique artifices his statibus⁵ in statuis ponendis uterentur, in quibus victoriam⁶ essent adepti.

CAPÍTULO II.

Cabrias da auxilio á Nectanebo, rey de Egipto, y á Evágoras, rey de Chipre. (Desde la olimpiada CIV hasta la CIV, desde el año 587 al de 562 antes de J. C.)

Chabrias autem multa in Europâ⁷ bella administravit, quum dux Atheniensium esset: in Ægypto⁸ suâ sponte⁹ gessit. Nam Nectanebum¹⁰ adju- tum

¹ *Obnixoque genu scuto.* Apoyando el escudo ó broquel sobre la rodilla.

² *Impetum.* El ataque, la carga.

³ *Tubâ revocavit.* Hizo tocar la retirada.

⁴ *Illo statu.* En aquella misma postura; es á saber, con el escudo ó broquel sobre una rodilla, y la otra en tierra.

⁵ *Statibus.* Posturas.

⁶ *Victoriam.* Victoria respecto de los atletas, y el premio ó primacía respecto de los artifices.

⁷ *Europâ.* Una de las cuatro partes del mundo. Las otras tres son Asia, Africa y América.

⁸ *In Ægypto.* Reino ó país del Africa.

⁹ *Suâ sponte.* Sin ser enviado por su república.

¹⁰ *Nectanebum.* Rey de Egipto.

profectus, regnum ei constituit¹. Fecit idem Cypri, sed publicè, ab Atheniensibus Evagoræ² adjutor datus: neque prius inde discessit quàm totam insulam bello devinceret. Quâ ex re Athenienses magnam gloriam sunt adepti. Interim bellum inter Ægyptios et Persas conflatum est; et Athenienses cum Artaxerxe societatem habebant; Lacedæmonii cum Ægyptiis, a quibus magnas prædas Agesilaus rex eorum faciebat³. Id intuens Chabrias, quum in re nullâ Agesilao cederet, suâ sponte eos adju- tum profectus, ægyptiæ classi præfuit, pedestribus copiis Agesilaus.

CAPÍTULO III.

Cabrias es llamado de Egipto á Atenas, de donde sale luego para no ser el blanco de la envidia de sus conciudadanos.

Tum præfecti regis Persiæ legatos miserunt Athenas, questum quòd Chabrias adversum regem bellum gereret cum Ægyptiis. Athenienses diem certam Chabriæ præstiterunt, quam ante, domum nisi redisset⁴, capitis se illum damnaturos denuntiarunt. Hoc ille nuntio Athenas rediit; neque ibi diutius est moratus, quàm fuit necesse. Non enim libenter erat ante oculos civium suorum, quòd et vivebat lautè,

¹ *Regnum ei constituit.* Le aseguró el reino.

² *Evagoræ.* Evágoras era rey de Chipre: la capital de la isla de Chipre era Salamina.

³ *A quibus magnas prædas Agesilaus rex eorum faciebat.* A quienes Agesilao, rey de los Lacedemonios, hacia pagar muy caros los servicios que les hacia.

⁴ *Domum nisi redisset.* Si no comparecía.

et indulgebat sibi liberalius¹ quam ut invidiam vulgi posset effugere. Est enim hoc commune vitium in magnis liberisque civitatibus, ut invidia gloriæ comes sit, et libenter de iis detrahant quos² eminare videant altiùs; neque animo æquo pauperes alienam opulentiam intuantur fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat, plurimum aberat. Neque verò solus ille aberat Athenis libenter, sed omnes ferè principes³ fecerunt idem; quòd tantum se ab invidià putabant futuros, quantum a conspectu suorum recessissent. Itaque Conon plurimum Cyprì vixit, Iphicrates in Thracià, Timotheus Lesbi, Chares in Sigæo⁴. Dissimilis quidem Chares⁵ horum et factis et moribus, sed tamen Athenis et honoratus et potens.

CAPÍTULO IV.

Cabrias muere en la guerra de la liga, habiéndole abandonado los suyos. (Año 5 de la olimpiada cv, 538 antes de J. C.)

Chabrias autem periit bello sociali⁶, tali modo. Oppugnabant Athenienses Chium. Erat in classe

¹ *Indulgebat sibi liberalius*. Era demasiada su magnificencia.

² *De iis detrahant quos*. Hallen que tachar en los que.

³ *Principes*. Los mas visibles.

⁴ *In Sigæo*. En el promontorio de Sigeo. Está en la Tróada sobre el mar Egeo.

⁵ *Dissimilis quidem Chares*. Este fué un ateniense, el que, mas que por otra cosa, se hizo célebre por la suma facilidad en ofrecer ó prometer cualquiera cosa.

⁶ *Bello sociali*. Ya se explicó en la vida de Ificrates, cap. 5.

Chabrias privatus¹; sed omnes qui in magistratu erant², auctoritate anteibat, eumque magis milites, quam qui præerant, adspiciebant. Quæ res ei maturavit mortem. Nam dum primus studet portum intrare, et gubernatorem³ jubet eò dirigere navem, ipse sibi perniciæ fuit. Quum enim eò penetrasset, ceteræ non sunt secutæ. Quo facto, circumfusus hostium concursu, quum fortissimè pugnaret, navis rostro percussa⁴ cœpit sidere⁵. Hinc refugere quum posset, si se in mare dejecisset, quòd suberat⁶ classis Atheniensium, quæ exciperet natantes, perire maluit, quam, armis abjectis⁷, navem relinquere in quâ fuerat vectus. Id ceteri facere noluerunt, qui nando in tutum⁸ pervenerunt. At ille, præstare honestam mortem turpi vitæ existimans, cominus pugnans, telis hostium interfectus est.

¹ *Privatus*. De voluntario.

² *Qui in magistratu erant*. Que tenían el mando.

³ *Gubernatorem*. Piloto.

⁴ *Rostro percussa*. Maltratada en la proa.

⁵ *Cœpit sidere*. Empezó á irse á fondo.

⁶ *Quòd suberat*. Porque estaba cerca.

⁷ *Armis abjectis*. Arrojadadas las armas. Era la mayor ignominia entre los Atenienses el arrojar las armas para salvar la vida.

⁸ *In tutum*. En salvo.